simmacho inferre& hortati sunt; Res foedissimi spectaculi erat. duos reges.
quor lysimmachus annos natus. LXXIIII. seleucus. LXXVII. diripiendis alterutrum
regnis concurrere. in acie stare. arma gerere; ultimu hoc quide bellu alexan
dri comilitonu fuit. Sed quod ad exemplu humane miserie fuerit reseruatum.
quippe cu orbem terraru extinctis iam. XXX. & IIII. ducibus alexandri soli possi
derent. & angustissimos senectutis ac uite sue terminos n aspicientes. angustiores e.
imperio suo totius mundi terminos arbitrabant; In eo bello lysimmachus uel amissis
ut interfectis prius ante hanc pugna XV. liberis. postremo occisus est; Sic lysimma
chus solutio pugne macedonie fuit; Sed ne seleucus quidem tanta uictoria impune lęta
tus e; nam neq ipse post. LXX. & VII. annos quidem naturalis mortis inuenit. sed ex
torta sibi infeliciter uita. uelut inmatura morte finiuit; Quippe insistente
ptholomeo cuius sororem lysimmachus in matrimonio habuit. insidiis circumuent occis e,
Hæc sunt int parentes. filios. frs. ac socios. consanguinitatis societatisq comertia. tanti
apud illos diuina atq humana religio pendebat; Erubescant sane de recordatio
ne pteritoru. qui nunc interuentu solius fidei xpiane. ac medio tantu iurationis
sacramto. uiuere se cu hostibus. nec pati hostilia sciunt; Quib indubitatissime
pbatur. quia non sic illi antea cesa iungebant foedere porca. sed quia nunc int
barbaros ac romanos creatorem & dominu suu contestantes. tanta fide adhibita
in sacramento seruant euangelia. quanta tunc neq inter parentes ac filios
potuit seruare natura; Nunc aut finis macedonici belli. finis & ia libri fiat.
Presertim cu iam abhinc pyrri bella incipiant. & mox
Punica consequantur; EXPLIC LIB TERT.

INCIPIT. LIBER. QUARTUS.

DIXISSE AENEAN
UIRGILIUS REFERT.
CU POST PERICULA SUA
SUORUQ NAUFRAGIA SUOS AEGRE
SOCIOS CSOLARET. FORSAN ET HEC OLIM MEMINISSE IUUABIT.
Hæc sententia semel apte ficta semp uim sui triplice diuersissimis effectibus refert.
cu & pr&erita tanto gratiora habentur in uerbis. quanto grauiora referunt ingestis.
Et futura du de desirabilia fastidio psentium fiunt. semp meliora creduntur;

© HAB http://diglib.hab.de/mss/80-gud-lat/start.htm?image=00057

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen

Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991

© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss80-gud-lat/0057

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
0 1 2 3 4 Gray Scale